Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

50. Continentiam suadere & seruare. V. Signum de Castitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

SIGNVM L.

Continentiam ſuadere & ſeruare.

De temp. ſer 144. Vide Baro. An. Chr. 428.

S. Auguſtinus ſuadet cõiugibus à tempore
dragesimæ vſque ad octauam paſchæ c
nentiam ab vſu coniugij, ſimiliter & feſtiui
bus & conteſtatur euenire ſępe, vt ſi ſecus ag
intemperantia coniugum naſcantur filij lep
& arreptitij vel lunatici.

S. Paulus 1. ad Tim. 3. vult presbyterum eſſe
dicum & continentem. Quod exponens S. H
rony. in Ep. ad Titum ait: *pudicitia ſacerdota
ſtulat, vt non modo ab opere immundo ſe abſtineat,
etiam à iactu oculi & cogitationis errore mens C
corpus confectura ſit libera.*

S. Ambr. in commet. ep. 1. ad Tim. Veter
inquit, idcirco conceſſum eſt Leuitis, aut Sa
dotibus vxores ad vſum habere, quia mul
tempus otio vacabant à miniſterio aut ſacr
tio. Multitudo enim erat ſacerdotum, & v
quiſque certo tempore ſeruiebat diuinis c
moniis. Nunc autem ſeptem Diaconos eſſe
portet, & aliquantos presbyteros, vt b
ſint per Eccleſias, & vnus in ciuitate Epiſco
ac per hoc omnes à conuentu fœminæ abſti
re debent, quia neceſſe eos quotidie p
ſto eſſe in Eccleſia, nec habere dilationem,
poſt conuentum legitime purificentur, ſi
veteres, omni enim hebdomada offerend

ſt, etiamſi non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada. Si enim plebeis hominibus orationis cauſa ad tempus abſtinere ſe præcipit (Apoſtolus) vt vacent orationi, quanto magis leuitis aut ſacerdotibus, quos diu noctuq; pro plebe ſibi commiſſa oportet orare? mundiores ergo eſſe debent cæteris, quia actores Dei ſunt.

SIGNVM. LI.

Infideles ad fidem Catholicam conuertere.

APoſtoli, tota mundi potentia, ſapientia, eloquentia repugnante carne & ſanguine, corrupta natura & inueterata conſuetudine obſtante, mundum conuerterunt. Nec ad religionem facilem, & ſenſibus blandientem, ſed ad arduam, ſeueram, moribus humanis inſolentem mundum traduxerunt, quæ hominem cruci affixum Deum ſtatuit, quæ diuitias, honores, voluptates, & quicquid magni ponderis in vita, docet aſpernari, quæ carnem domare, cupiditatib. repugnare, crucem ferre, inimicos diligere, bonum pro malo reddere, ſanguinem & vitam pro Chriſto profundere, maledicentibus benedicere, perſecutoribus bene precari demandat. Mundo idololatria excæcato, & omnem felicitatem opibus, honoribus & voluptatibus reponenti contra morem & authoritatem maiorum, contra omnium gentium vſum, contra commune generis humani iudicium, contra omnium Philoſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN